





Dissertatio chirurgico-medica inauguralis de membrorum amputatione rarius quidem administranda, non tamen prorsus abroganda


<https://hdl.handle.net/1874/295241>



Miscellanea Doctrina

Quarto v. n° 192





DISSERTATIO CHIRURGICO - MEDICA
INAUGURALIS

D E

MEMBRORUM AMPUTATIONE
RARIUS QUIDEM ADMINISTRANDA,
NON TAMEN PRORSUS ABROGANDA.

Q U A M

ANNUENTE SUMMO NUMINE

Ex Auctoritate RECTORIS MAGNIFICI

ALEXANDRI PETRI NAHUYS

A. L. M. Phil. & Med. Doct. atque
Professoris Ordinarii,

NEC NON

Amplissimi SENATUS ACADEMICI *consensu*, et
Nobilissimæ FACULTATIS MEDICÆ *decreto*,

PRO GRADU DOCTORATUS

Summisque in MEDICINA Honoribus & Privi-
legiis rite ac legitime consequendis,

Publico ac solemnī examini submittit

NICOLAUS VAN LOOKEREN,

THIELA - GELRUS.

Ad diem XII. Aprilis MDCCLXXX. H. L. Q. S.

TRAIECTI AD RHENUM

Ex officina ABRAHAMI VAN PADDENBURG
ACADEMIAE TYPOGRAPHI MDCCLXXX



DISERTATIO CHIRURGICO-MEDICA
IN AUGURALIS

D E

MEMBRORUM AMPUTATIONE

BARONIS-GOUDAE ADMINISTRANDA,
NON TAMEN PROBUS ANNOGANDA

DE

ANNUNTIANTE SUMMO NUMINE

EX AUSTRIACIS RECTORIS MAGISTRICI

ALEXANDRI PETRI NAHUY

A. L. M. Phil. & Med. Doct. juris
Professor Ordinarius

IN E N O N

Magistron Senatue Academiæ confectis
Nobilitate Regni & Medicæ doctus

DE GRADU DOCTORATUS

Summi in MEDICINA, Philosophiæ & Juris
legis ac regni confectus

Publice ac legitime examinatus

NICOLAUS VAN LOOKEREN

THELA - GELUK

Magistron Senatue Academiæ H. E. S.

TRACTATI AD RHENUM

DE OFFICII ABRAHAM VAN RADDENBURG

ACADEMIAE TYPOGRAPHII MDCCLXX



CELEBERRIMAE
FACULTATI
MEDICAE
RHENO-TRAJECTINAE
SACRUM


CELEBRARIAM

FACULTATI

MEDICAE

RHEINO-FRANCOFURTENSIS

1771



DISSERTATIO CHIRURGICO - MEDICA
INAUGURALIS

D E

MEMBRORUM AMPUTATIONE
RARIUS QUIDEM ADMINISTRANDA,
NON TAMEN PRORSUS ABROGANDA.



Tanta ingenii humani est imbecillitas, ut in extrema passim lubricum proruat, mediâ viâ incedat rarius, & dum Charybdim studet evitare in Scyllam incidat. Ita dum alii nimis propinanter ad membrorum amputationem confugiant, & hinc sæpius membra præscindant, quæ adhuc servari potuissent; alii de rariore hujus operationis necessitate persuasi, eoque progressi sunt, ut illam penitus rejecerint, & inutilem quasi ac minus necessariam de medicinæ foro proscripserint.

A

Hunc

Hunc in errorem incidisse videntur Cl. BILGUERUS (a) ac Cel. TISSOTUS (b), qui cum vidissent membra sæpe misere dilaniata ac diffracta, & hinc ab aliis jam ad amputationem damnata, absque ea feliciter servata fuisse, eousque progressi sunt, ut sibi persuaserint, nullum umquam membrum tam graviter adfici posse, ut ipsius amputationem suscipere necesse sit.

Quod utrum cum veritate quadret, in hac Dissertatione examinabimus; ut autem in materia hac pertractanda ordine procedamus, perpendemus mala illa, ob quæ hæc operatio vulgo instituta est, & adhuc instituitur, & quidem illos notabimus casus, in quibus hæc operatio tuto potest negligi; dum simul probare conabimur nonnullos licet pauciores existere posse casus, in quibus sine vitæ periculo hæc operatio omitti non potest.

Mala autem illa, in quibus de hujus operationis necessitate inter Chirugos disputatur, fere sunt sequentia.

Primo, gangræna vel sphacelus.

Secundo, si membrum aliquod a causa subitanea quacunque laceratum vehementer, atque diffractum est.

Tertio,

(a) In Dissertatione, de membrorum amputatione rarissime administranda, aut quasi abroganda.

(b) In eadem BILGUERI dissertatione, quam gallice vertit notisque ornavit. (*Dissertation sur l'inutilité de l'amputation.*)

Tertio, si ingens fugillatio artus occupavit, atque subtus ossa simul collisa sunt.

Quarto, si majores vasorum sanguinem artubus advehentium trunci sauciati vel descissi sunt.

Quinto denique, si artuum ossa carie valde corrupta sunt.





CAPUT PRIMUM.

§. I.

Inter casus illos primo occurrit gangræna. Vulgo quidem gangrænam inter & sphacelum distinctionem faciunt Chirurgi, gangrænam adpellantes, si vitalis humorum circuitus tolli incipit, atque mors ac putredo imminet; ubi vero membrum plane & ad os usque sine sensu ac motu est, illud sphacelum tenere dicunt (a). Sed hæc distinctio revera est parvi momenti, quin & ab iis, qui illam admittunt, tam parva acribeia observatur, ut sphacelum sæpissime illud adpellent, quod gangræna vocari debuerat, & contra gangrænam dicant, quod sphacelus adpellari debuisset, hinc illa distinctione quidem absque noxa possumus carere.

Gangrænam itaque dicimus, si pars aliqua destituta vitali humorum circuitu, emoriatur & putrescat.

Utrum in hoc malo ad hanc operationem properandum sit, num secus, jam dudum inter Chirurgos est agitata quæstio.

§. II.

(a) Vid. S. Z. PLATNERI Institution. Chirurgic. §. 189. & L. HEYSTERI Institut. Chirurgic. P. 1. L. IV. C. XIV.

§. II. Illi, qui hanc operationem defendebant, eamque non absque piaculo in hoc malo negligendam esse statuebant, argumentum desumpserunt a cito mali progressu; metuentes enim, ne gangræna latius proserperet, vicinasque partes inficeret; sibi que persuadentes, quod si pars hoc malo adfecta sustulere-
tur, vicinas partes a gangrænae contagio tunc immunes mansu-
ras, non cito satis ad hanc operationem, veluti ad salutarem
anchoram confugi posse existimabant.

Alii vero eodem argumento, quo priores hujus operationis necessitatem probare conabantur, utuntur ad illam rejiciendam, voluntque hanc operationem in gangræna adhuc ulterius pro-
serpente institutam inutilem & periculi plenam esse: Inversi
hujus argumenti ratio est, quod illa operatio in proserpente hoc
malo instituta frustraneos semper, quin & sæpe funestos even-
tus habuerit. Primus, qui illud animadvertit, & hujus opera-
tionis periculum in hoc malo adhuc proserpente institutæ de-
monstravit, dicitur fuisse Dexterrimus SCHARPIUS (a): Sed
jam ante SCHARPIUM docuerat Cl. RUYSCHIUS (b) opera-
tionem hanc in hoc casu institutam inutilem & crudelem esse.

§. III. Nec difficile est explicatu, cur in proserpente hoc
malo instituta hæc operatio tam infaustos eventus nacta fuerit:
sæpe enim a generali humorum degeneratione, eorumque vitio-

sa.

(a) Vid. Critical enquiry en tho the presente state of Surgery p. 46.

(b) Vid. TITZING Verdonkerde Heelkunst &c. p. 88. & 207.

sa mixtione oritur gangræna; si itaque instituitur amputatio, donec adhuc proserpat gangræna, funestum omnino eventum habebit; per illam enim, quæ in generali humorum massa delitescit, perniciæ non tollitur, & hinc post membrum abscissum iterum vel truncum vel aliam partem invadet hoc malum: Accedit &, quod præscisso membro dolorum stimulis sæpe excite- tur febris, quæ sola gangrænae malignitatem, & in latebris an- tea delitescentem perniciem de humoribus excutere valet; quid- ni præsentem sustentare & augere?

Est quoque & alia causa, cur in hoc gangrænae casu pericu- losum sit membrum præcidere; status nempe sanguinis, qui in iis sæpe tam tenuis est, ut funestæ exinde hæmorrhagiæ obser- vatæ fuerint, illæque non oriebantur a magnis arteriis (quoniam hæ filo constrictæ erant), sed ex innumeris parvis arteriis, quæ supra totam trunci superficiem erant dispersæ (a).

§. IV. Multæ quoque dantur gangrænae species, quæ criticæ naturæ esse videntur, in quibus morbi impetus sese in mem- brum aliquod videtur convertere, in quod sensim sensimque prava ex humoribus materia sese critice quasi deponit (b). His etiam in casibus, quamdiu adhuc proserpat hoc malum, inutilis & periculosa erit hæc operatio; si enim proserpat adhuc gan- græna

(a) Vid. SCHARP. in libro citato p. 61.

(b) Vid. SAUVAGES Nosolog. Method. T. II. p. 629. QUESNAY
Traité de la gangrènes p. 683.

græna indicium est, non omnem eam, quæ jam de sanguine excussa est, putridam materiem exhaustam esse, & ad adfectum locum congregatam; & necessario hinc, quæ adhuc in corpore hæret labes in truncum vel aliam partem deponetur, & sic frustraneam reddet amputationem.

Illudque non tantum de enumeratis gangrænæ speciebus, sed de omnibus etiam, quæ ab interna causa sponte producuntur, valere, quisquis facile concedet, hoc autem quoque locum habere in illis gangrænis, quæ ab externa causa proveniunt, non ita facile omnes convincentur: Si vero rem penitius intueamur, videtur minus utilitatis, saltem quod ad ulteriorem hujus mali progressum adinet, huic causarum distinctioni inesse, quam prima fronte videretur.

§. V. Licet enim post illatam vim aliquam externam sequatur gangræna, illa tamen sæpe æque ab interna causa & movetur & gubernatur, æque ab universa humorum conditione dependet, cordisque & totius vitæ facultati est subjecta, quam illa, quæ citra ullam manifestam læsionem externam sponte ab humorum malignitate provenit. Non negamus quidem gangrænam sæpius post externam injuriam accedere, sed negamus hoc malum, licet post externam injuriam secutum fuerit, semper in parte adfecta generari, & ulterius proserpendo vicinas partes inficere: Illa enim vis externa, nociva ea potestas id sæpe tantum efficit, ut vel accensa febre vel alia quacunque ratione corrupta & degenerata cujuslibet generis materia ex humoribus eliciatur, & ad vexatam partem dolorum stimulis deferatur.

§. VI. Hoc docet illorum conditio, quibus post externam aliquam læsionem supervenit gangræna; rarissime enim externæ læsioni accedet gangræna, nisi in illis, in quibus vel morbi diuturnitate, vel alia quacunque ratione humores pessimam corruptelam induerunt (a). (Nisi externa illa læsio tam immanis fuerit, ut in gravissimis sclopetorum vulneribus sæpius contingat, ubi partibus duris æque ac mollibus collisis ac dilaniatis, vitalis humorum circuitus penitus intercipitur.) Hæc autem malignitas, etsi jam universos humores occupaverit, præcipue in ea corporis sede vim suam exercet, in qua præsens malum advenientem labem sustentare atque fovere potest; si enim humores nostri quacunque ratione fuerint degenerati ac maligni redditi, ejus malignitatis vis ac materia in eas maxime corporis partes effundetur, quas vulnus male habet, vel tumor obsidet.

§. VII. Si enim humorum conditio ad subitaneum gangræne progressum non faciat; vix ac ne vix quidem explicari poterit, quomodo a minima læsione extrinsecus admota, tam immanis aliquando gangræna invadere possit, ita ut levissima sæpe causa extus accedente & nocente opus sit, qua cito lethalis gangræna adest, quæ quam celerrime promanat, cujus rei memorabile exemplum habet Cl. TULPIUS (b). Nec aliter explicari poterit,

(a) Hoc suo tempore jam notavit CELSUS, quando dicit; *Neque enim illi malum* (de gangræna loquitur) *nisi corrupti vitiosique corporis est.* L. V. c. 26.

(b) Vid. Observation. Medic. L. III, C. XLVII.

poterit, quomodo membra misere dilaniata & contusa ab extrema pernicie sæpe feliciter vindicentur, quemadmodum quam plurima talia prostant exempla; cum contra alia minus læsa, neque ita dilaniata membra, & quæ, si tantum ad externum vulneris statum attenderemus, (nulla humorum & vitæ facultatis habita ratione) minus periculi subesse indicare videntur, funesta gangræna cito satis corripiantur.

Cum hæc omnia ex hac gangrænæ doctrina facile possunt intelligi, ut et, quare extus in hoc malo adhibita medicamenta, sæpe tam parum auxilii adferant; cum contra intus adsumpta, felicissimum cito satis sæpe sortiantur effectum, quia nempe non a statu mali externi, sed ab universa humorum bona qualitate & vitæ facultate omnis curationis spes est expectanda.

§. VIII. Præterea, si omnis gangræna, quæ post externam læsionem supervenit, in parte læsa generaretur & deinde externo contagio ulterius proferperet; tunc certe, si pars hoc malo adfecta sustuleretur, retardari deberet gangræna; Sed in longe plurimis casibus, in quibus hæc operatio adhibita fuit, potius exacerbata quam retardata fuit, cum iterum vel truncum vel aliam partem invaserit; & hinc non externo contagio proferpere, sed corrupti humoris ad adfectam partem delati incremento videtur augeri. Addamus tandem & illud, nullum umquam gangrænæ finem futurum, neque umquam eam retardari, si externæ pestis adflatu sanæ partes in perniciem traherentur; cum tamen plurimæ doceant observationes, non illud tantum gangrænæ genus, quod ab interna causa nascitur re-

tardari, sed æque hoc naturæ beneficium illi generi contingere, quod ab externa quadam injuria proficiscatur (a).

§. IX. Et licet proserpat gangræna, suaque malignitate fanas partes inficere, atque contaminare videatur, tamen hoc æque a malæ materiæ ad vexatam partem delatæ incremento, quam ab externo contagio potest repeti; & quod petitur contagii argumentum a celeritate nempe, qua gangræna sæpe fanas partes inficere, atque in perniciem trahere videatur, parum profecto habet roboris: etenim æque celeriter haud raro progreditur ea gangræna, quæ ab interna causâ, a spontanea nempe humorum degeneratione provenit, & ubi nullum itaque externum contagium potest accusari, quam illa, quæ post illatam injuriam externam oritur, & ubi illam itaque ab externo contagio derivant (b).

§. X. Vidimus itaque, quomodo per doloris stimulum, quo febris accenditur, externæ cuidam læsioni gangræna accedere possit, & quæ itaque licet post externam læsionem advenerit, ab interna tamen causâ generatur & gubernatur. Sed non tan-

(a) Vide Cl. KIRKLAND observations upon Mr. POTTS general remarks on fractures p. 8. & seq.

(b) Vid. Hujus rei exemplum apud Ill. SWIETENIUM in commentariis ad Aphorism. BOERHAVIAN. T. I. ad §. 253.

tum hac ratione per accensam nempe febrim gangræna accedere potest; sed & sæpe contingit, ut per stuporem nervis inductum vel per nimiam sanguinis effusionem, qua facultas vitalis sup-
primitur & calor naturalis extinguatur eadem superveniat; quæ tamen etiam æque cordis, totiusque vitæ facultati est subjecta; quam illa, quæ a spontanea humorum degeneratione vel vi vitæ debili provenit.

Et hinc, quod gangrænæ progressum spectat, huic distinctioni inter causam externam & internam minus inest utilitatis, quam quidem videretur.

§. XI. Probavimus itaque hanc operationem in hoc malo adhuc ulterius proserpente, sive ab interna causa productum, sive post externam læsionem secutum fuerit, inutilem & periculosam esse, & hinc maxime interest, utrum adhuc ulterius proserpat gangræna, utrum vero gradum sistat.

Si gradum sistit gangræna, multi sunt, qui nunc hanc operationem instituendi tempus esse putant; alii vero gangrænæ separationem sperantes, naturæ beneficio illud opus committendum esse censent.

Et revera si innumeras, quæ in observatorum monumentis reperiuntur, narrationes consideremus, quæ testantur solius naturæ impetu ac vi gangrænâ corrupta membra a sanis partibus secessisse, longe satius ac minus periculosum, (hoc enim in casu tantum quæritur, quid sit minus periculosum) videtur, si omnem gangrænæ curam prudenti naturæ actioni, quam tamen

per idonea remedia, tum extus adplicita tum intus adhibita sustentare ac fovere debemus, committamus, quam si efficaciorrem hanc operationem instituentes, novum ægrotantibus bellum inferamus.

§. XII. Ingens enim est numerus curationum tali modo spontanea naturæ actione perfectarum. Sic multæ tales reperiuntur in T. BARTHOLINI *Centuria 1. Historia 69. in Annalibus Medicis Physico - Wratislav. 1724. Mens. Jun. p. 643. & ann. 1725. Mens. Jun. p. 647. in Commercio Litterario Nov. 1731. p. 34. & in Selectis Physico - æconom. P. IV. p. 6. & præsertim in Selectis Medicis Francofurtensibus T. III. Vol. II. Obs. I. In Journal de Medicin Tom. XVIII. p. 504. ubi plura exempla memorantur. In Memoire de l'Academie Royale de Chirurgie Tom. II. P. III. in Commentariis de rebus &c. Vol. VI. p. 600. ut & Vol. XI. p. 246. In de Verhandelingen van de Hollandsche Maatschappy der Weetenschappen XII. Deel p. 374. In de Arts of Geneesheer V. Deel 2de Stuck p. 163. & 164. HUXHAM Opera Physico - Medica T. II. V. p. 74. Conferatur J. H. FURSTENAU Dissertatio, de brachio sphacelato spontanea naturæ vi ab integro reliquo separato: Sed præcipue hac de re legi meretur egregius Doct. A. MULLERI libellus, belgico Idiomate conscriptus sub titulo: *Historische beschryving van den Loop der Ziekte eens agtjarige lyders, wiens beyde voeten door de koude volkoomen verstorven waaren.* In hoc tractatu plurima talia exempla memorantur.*

Nuper.

Nuperrime quoque de memorabili satis tali casu Dissertationem conscripsit Doct. L. NOLST (a).

Ut nunc plura ejusmodi exempla omittam, quæ apud observationum Medicarum Collectores adhuc passim leguntur, unicum nunc hic referam, quod nuper admodum a Viro Erudito & magna cum laude Praxin Chirurgicam in hac civitate exercente P. VAN LANCKOM accepi, ab ipso visæ, mirabilisque hujus separationis exemplum.

In Pago nimirum, qui HUYSEN dicitur, Virgo erat viginti circiter annorum, quam frater, dum venando se delectabatur, ex improvise plumbeis illis globulis, quos grandinem vocant, ex sclopeto expulsis infeliciter vulneravit. Sauciatis enim, qui suram faciunt musculis, accedebat adhuc notabilis tibiæ fractura; vulnus præterea illud comitabatur gravis hæmorrhagia, ita ut metuerent a stantes, ne copioso hoc sanguinis profluvio misera hæc virgo extingueretur. Hanc autem sanguinis profusionem absque torculari feliciter compescuit ibidem habitans Chirurgus: Sed quia vehemens deinde vulneri accessit inflammatio, & jam tertio post hoc infortunium die gangræna superveniebat, quæ totum pedem & inferiorem cruris partem obsidebat, censebat ille amputationem unicam esse auxilium, quo misera hæc ægotans in vita servari posset. Quem in finem vocabatur supra laudatus Chirurgus P. VAN LANCKOM, qui

cum

(a) Vid. Genees - Natuur - en Huyshoud - kundig Kabinet No. VI. p. 580.

cum advenerit, infelicem hanc virginem partim acerbissimis doloribus ita exhaustam, partim gravi febre & inquietis noctibus ita debilitatam comperiebat, ut ne maximus quidem amputationis patronus illam hoc tempore instituisset: Et hinc ipsius in hoc casu erat consilium, ut expectarent, quid ipsa perageret natura in gangræna sistenda. Interim vero partes adfectas contegebat fomento, ita dicto, contra gangrænam; intus ipsi præscribens corticem peruvianum, & modicam quoque vini quantitatem concedens. Gangræna tamen sensim sensimque crescebat, & ægrotantis vires tantopere decrescebant, ut omnibus his miseriis mortem finem esse imposituram omnes metuerent. Ægrotantis autem res etsi cum maxime periculosæ esse viderentur, naturæ tamen beneficio & diligenti medentis cura effectum est, ut non exigua spes recuperandæ sanitatis nasceretur; nam decem elapsis diebus, cum iterum visitabat ægrotantem prædictus Chirurgus, comperiebat gangrænam quatuor circiter infra genu articulum pollices ulro stetisse, sibi que partes adfectas inter & sanas crenam fecisse; concludebat hinc ulteriorem gangrænæ separationem naturæ committere, quæ hoc etiam felicissime peregit; elapsis enim quatuordecim diebus, iterum visitans ægrotantem, nihil impediēbat, quo minus absque ulla difficultate totum crus separare posset, excepta fibula, quam ferra deinde resecauit. Et sic ipsa natura, parum artis auxilio adjuta absque ullo dolore hanc amputationem peregit.

§. XIV. Et sic ex plurimorum observantium testimoniis ducta experientia suadere videtur longe satius esse gangrænæ separa-

separationem prudenti naturæ committere, quam illam efficaci-
 ciori Chirurgia peragere; & non tantum illud experientia, sed
 & ipsa ratio aliquomodo videtur probare; nullus enim in hoc
 casu amputationem instituet, nisi præ metu, ne naturæ vires
 deficient in salutari hac actione peragenda; si autem ipsius vires
 deficient in salutari hoc opere perficiendo, quid tunc valerent
 ad gravem hanc Operationem, quæ & sanissimum opprimit susti-
 nendam? & hinc nulla videtur ratio, quare in hoc casu a gene-
 rali illa Medicorum regula discederemus; Natura, eo quo ver-
 git, ducenda non cogenda; ducitur enim si prudenter illam in
 salutari ipsius actione sustentemus & adjuvemus; cogitur au-
 tem, si efficacem & dolorificam hanc Operationem instituentes
 ipsi vim inferamus.

§. XV. Nonnulli præterea ex eo hanc operationem inutilem
 & minus necessariam esse censent, quia sibi persuasum habeant,
 nullum omnino gangrænæ genus existere, quod medicamentis
 fisti ac sanari non possit; & hinc quia leniori medendi ratione
 tolli ac sanari posse hoc malum existimant, inutilem & crude-
 lem esse hanc operationem dicunt.

Præcipuum nunc, quo illud se præstare posse adfirmant medi-
 camentum est Cortex Peruvianus, cui vim singularem, seu ut
 loqui Medici solent, specificam tribuunt ad omnem gangrænæ
 sanandam: (a) & revera in multis gangrænæ casibus utilissi-

imum

(a) Vid. BILGUERUM in Dissertat. citat. §. VII.

num esse, & omnibus reliquis palmam præripere hoc medicamentum sæpissime experientia docuit; tantum autem abest, quod ipsi specifica inesset virtus ad omnem gangrænam sanandam, ut potius nonnullos existere casus, in quibus si non obesse, prædesse tamen nullo modo posse hoc medicamentum, persuasum habeamus. Licet autem illud de Cortice peruviano deprædicari nequeat, quod vi specifica ad omnem gangrænam curandam præditus sit; tamen exinde adhuc non cadit argumentum illud, quod a leniori medendi ratione deducitur; illis enim in casibus, ubi suspectus est hujus medicamenti usus, alia possunt exhiberi remedia, quæ pro varia causa, a qua gangræna oritur, quoque varia esse debent, & quæ etiam suam utilitatem in multis gangrænae casibus, quemadmodum & nuperrime de Succo Papaveris testatum est, demonstrarunt.

§. XVI. Interim tamen maximæ quoque erit utilitatis, partes illas, quæ penitus sideratæ & putredine prorsus corruptæ sunt, ita ut sanitatem nullo modo perducì posse videantur, abscindere ac separare; tum ut ab inutili pondere, sed præcipue ut a fœdo ac molesto odore ægrotantem liberemus: Ea tamen adhibenda est cura, ne eas, quas vitium quodammodo adtingit, sed non prorsus sideravit, partes deglubamus; sed pedetentim ac suspensa manu solas penitus corruptas a sano corpore separemus, quod partim ex fœtore, partim ex mutato colore, ex absentia denique sensus colligere possumus.

§. XVII. Ex his itaque consequens est, propter solam gangrænam ad hanc Operationem non ita esse deveniendum: Si autem in adfecta parte generetur gangræna, sæpe necesse est hanc Operationem administrare; Sic contingit nonnumquam, ut post gravissima sclopetorum vulnera vel aliam vehementiorem vim externam eadem superveniat; his certe in casibus manifesto in læsa parte generatur gangræna; nam partibus mollibus ac duris dilaniatis ac diffractis penitus intercipitur vitalis humorum circuitus, quo intercepto a quiescentibus & emissis humoribus putredo oritur foetidissima, ut nunc corrupti putridique humoris resorptio, quæ ansam dare possit; ut jam præsens gangræna latius latiusque serperet, præcaveatur, sæpe necesse est, membrorum amputationem instituere: His autem in casibus, non gangræne tantum, sed & malorum sociorum est habenda ratio, & sic ex vulneris vel spe vel periculo hæc amputationis necessitas quoque debet æstimari.





CAPUT SECUNDUM.

§. I.

SI membrum aliquod a causa subitanea quacunq̄ue demum ita laceratum atque diffractum est, ut gangrænæ pessimorum symptomatum, indeque exspectandæ mortis metus oriatur, alterum habemus casum, in quo de hujus operationis necessitate inter Chirurgos disputatur. Mire enim hoc in casu inter se dissentiunt, aliis eam penitus in hoc, sicuti in reliquis casibus rejicientibus, dum e contrario in iisdem absque piaculo illam negligi non posse alii contendunt.

Ab utraque parte stant optimi in arte Viri. Ultimam hanc Chirurgiam in vulneribus sclopetorum & fracturis gravioribus commendarunt nuper pæne omnes, qui & ingenio & experientia inter Chirurgos inclaruerunt. Sic Cel. F. L. PETIT (a). Dexterr. H. F. LE DRAN (b). Cl. HEYSTERUS (c).
Cel.

(a) Traite des Maladies des Os. Cep. XI.

(b) Sur les playes d'armes a feu. passim.

(c) Institution. Chirurgic. T. I. p. 175. & passim.

Cel. DUVERNEY (a). Dext. VAN DER HAAR (b) & nuperrime quoque Egregius P. POTT (c) in gravioribus ossium fracturis & collisionibus hanc instituendam volunt operationem.

Alii autem, inter quos præcipue Cl. BILGUERUS ac Cel. TISSOTUS (d) variis observationibus & argumentis, illos quibus membra misere dilaniata, contusa & collisa sunt, felicissime Natura duce, & comite Chirurgia citra amputationem servari posse contendunt.

§. II. Ut autem in horum casuum examine, utrum nempe amputationem exigant, num secus, rite procedamus, probe distinguendum puto, quænam partes læsæ sint, & quonam modo hæc læsio se habeat; utrum nempe penitus diffractæ ac commolitæ sint partes ossæ; utrum insignes ac principes arteriæ simul fauciatae vel descissæ fuerint, utrum plumbea glande vel alia violenta causa Apophyses perfractæ ligamentaque sint dilacerata, ut in articulorum vulneribus sæpius contingit; utrum partium ossæarum collisiones sese adhuc supra molliorum partium vulnus extenderint.

Deinde

(a) Traite des Maladies des Os. p. 27.

(b) Verhandeling van de geschoote Wonden. §. XX.

(c) Remarks on fractures &c. p. 73.

(d) In Dissertatione citata, ad §. XX.

Deinde quoque non tantum partium adfectarum, sed & aliarum in ægrotantibus circumstantiarum est habenda ratio. Sic enim potest evenire, ut eadem partes eodem plane modo læsæ ac vulneratæ in uno ægrotante facillime curentur, cum in alio vel difficilem vel nullam plane curationem admittant. Hinc primo ad ægrotantium ætatem ipsorumque constitutionem attendi debet. Idem enim vulnus in juvenili ac robusto corpore parvi erit momenti ac facile sanabitur, quod contra in homine debili ac provectoris ætatis summe erit periculosum; & hinc gravior ac periculosa læsio in homine juvenili amputationem non requiret, cum levior eadem & hinc si ad læsionem tantum attendamus, minus periculosa, in homine provectoris ætatis, eandem omnino desiderabit. Quin & constitutio ipsius aeris, in quo versatur æger, maximi est momenti, & hinc sollicite quoque ad eam attendi debet; gravia enim vulnera in aere puro ac salubri facile sanabuntur, dum in aere minus puro, seu infecto funesta ac lethalia evadunt. Denique etiam vitæ victusque ratio habenda est; illi enim ægrotantes, qui omnia, quæ ad ipsorum curationem facere possunt, sibi facile comparare valent, licet vulnera graviora existant, facilius sæpe sanabuntur, quam illi, quorum vulnera leviora, sed qui multis rebus ad ipsorum curationem necessariis indigere debent; & hinc in exercitu, ubi multa incommoda pati debent vulnerati milites, sæpius magis necessaria est amputatio, quam in urbibus, in quibus tot incommodis vulnerati milites non exponuntur. Et hinc quoque hujus operationis necessitatem facilius est in singulo ac præsentem malo internoscere, quam generali præcepto aestimare.

Hæc

Hæc in antecessum monenda erant, antequam ad casus illos, qui amputationem exigere videntur, examinandos nos accingeremus.

§. III. Si medium aliquod os diffractum vel juxta articulum collisum est, licet in plura fragmenta comminutum fuerit, nisi princeps aliqua arteria fauciata vel descissa fuerit, vel aliæ rationes id exigant, non statim ad amputationem est deveniendum. Quam plurimis enim recentiorum observationibus evictum est, membra tali modo fauciata & collisa, felicissime Naturæ beneficio & Artis ministerio servari posse. Fatendum quidem est, vulnera femoris graviora difficilius plerumque, quam aliorum ossium curationem recipere, quod ob varias causas fieri potest: Si tamen illud os diffractum est, si non penitus commotum, si nec insignes arteriæ simul læsæ vel descissæ fuerint, non statim ad membri amputationem concludendum est; multa enim dantur exempla & observationes has fracturas feliciter sæpe perfanari posse. Ipse jam PAREUS (a) exemplum retulit de femore juxta superiorem articulum colliso ac feliciter servato. Sic quoque Cl. BAGIEU (b) & Cel. BOUCHER (c) exempla referunt de gravioribus femoris fracturis feliciter sanatis. Cel. quoque ERNESTUS PLATNERUS (d) de vulnere

(a) De Vulneribus Sclopetorum. C. XII.

(b) In Exam. des plusieurs parties de la Chirurgie T. II. p. 478 & 485.

(c) In memoire de l'Academie de Chirurgie T. II. P. II.

(d) In Supplement. V. p. 144.

nere gravissimo in inferiore & posteriore parte femoris juxta condylos, ubi os ad quatuor digitorum latitudinem collisum & in plura fragmenta, eaque magna diffractum erat, quod tamen felici cum eventu sanatum est, Exemplum habet. Nonnullas, quoque observationes refert Cl. BILGUERUS (a), de vulneribus & fracturis femoris feliciter sanatis.

Et hinc minus recte Cel. FAURE (b) hæc vulnera & fracturas ad illud vulnere & fracturarum genus refert, quod statim amputationem exigit.

§. IV. De Humeri & Brachii vulneribus & fracturis feliciter curatis exempla memoraverunt Cl. RAVATON (c) BAGIEU (d) BOUCHER (e) & Cel. quoque E. PLATNERUS (f). Multas quoque de horum vulnerum sanationibus observationes habet Cl. BILGUERUS (g). De Tibiæ ac Fibulæ curationibus plurima exempla videri possunt apud BAGIEU (h) BORDENAVE (i) CANNAC (k) & RAVATON (l). Multæ quo-

(a) In Dissertat. citata, in adpendice Observationum.

(b) Vid. prix de l'Academie de Chirurgie T. VIII.

(c) Vid. Chirurg. d'armées Observ. 60. 61. 63. & 64.

(d) In Libro citato T. I. p. 159. 176. T. II. p. 425. & 475.

(e) In Memoire de l'Academie &c. T. II. P. II. p. 288.

(f) Vid. Supplem. V. p. 144.

(g) In Libr. cit. T. II. P. II. p. 441.

(h) In Dissert. citat. in adpend. Observ.

(i) In Memoire de l'Academie T. III. P. III. p. 249.

(k) Ibid. in eodem volumine p. 174. & seqq.

(l) In libro citato Obs. 92. & seqq.

quoque in Cl. BILGUERI, observationum collectione de Tibiæ ac Fibulæ felicibus sanationibus exstant Observationes.

Neque propter fragmentorum asperitatem & multitudinem non statim de membro desperandum est, quum reapse & hos casus sanari posse, tot felices recentiorum curationes docuerunt. Contingit vero nonnumquam, ut os aliquod in medio ac transversim ita frangatur, ut secedant ipsius extrema a se invicem, & propter fragmentorum in utraque extremitate eminentium asperitatem coalescere haud possint. Hoc in casu statim ad amputationem deveniendum esse existimat Cel. HEYSTERUS, quemadmodum quoque Cl. BOUCHERUS (a). Et revera, si femori vel ceteris membrorum ossibus hoc eo loci accidit, ubi multam carnem habent circumpositam, nullam hæc res admittit curationem, & hinc membrum, quod servari non potest, est præscindendum.

Quod si vero Tibia vel Radius tali ratione perfractus est, quandoque membrum potest servari; si enim ferrula ossis pars, quæ vitiata est, & collisa refecetur, & ex adverso positæ ossis partes adductæ fasciarum ope confirmantur, contingit aliquando ut iterum partes coalescant. Fatendum quidem est hanc operationem dolore & diuturnitate ipsam superare amputationem, quia autem per illam servatur membrum, quod per amputationem tollitur, hinc quoque amputationi est anteponenda. Hanc medendi methodum proposuit Cel. PETIT (b); illam

vero

(a) Vid. Memoire de l'Academie &c. T. II. p. 287.

(b) Traite des maladies des os T. II. C. XV.

vero ipse nunquam tentavit: felicissimo tamen cum eventu instituit illam Cel. BAGIEU (a). Similis fere curationis exemplum quoque legitur in HORSTII observationibus medicis (b) Cl. BILGUERUS (c) hujus generis observationem quoque refert.

§. V. Si globus e tormento bellico expulsum, vel aliud quoddam peregrinum corpus ossi cuidam infixus hæreat, & ita profunde illud intraverit, ut nullis artificiis exiri possit, mox membrum amputandum esse suadet Cel. LEDRAN. (d): verum nisi aliud quid urgeat, tuto ibidem relinqui possunt, donec forte temporis tractu suppuratione ab osse liberantur. Dantur quoque nonnullæ observationes, quæ testantur, illos per longum satis tempus sine magno incommodo & adhuc magis sine vitæ periculo in osse hæsisse, unde patet, quod in ejusmodi casibus non tam cito ad amputationem sit accedendum.

Vulnera quoque mediæ alicujus membri parti inflicta cum notabili satis ossis substantiæ perditione amputationem non semper desiderant, ut nonnulli existimare videntur; dantur enim quam plurima exempla, ut postea videbimus, cum de ossibus carie exesis

(a) Vid. Examen des plusieurs. T. II. p. 443.

(b) In P. II. L. IV. Obs. X.

(c) In Dissert. citat. ad §. XXV.

(d) Vid. Cl. HEYSTER. Inst. Chirurg. P. I. L. I. C. III. §. XVI.
In hac Opinione quoque versari videtur Cel. CONTE. Vid. Recueil des piéces T. III. p. 524.

exesis dicturi simus, quæ testantur Naturam iterum hanc offis jacturam restaurasse: & hinc hoc in casu amputationis necessitas non tantum debet æstimari a majori vel minori ossæ substantiæ perditione, sed etiam a gradu læsionis in partibus mollioribus, vasorum præsertim, quemadmodum quoque & a variis ægrotantium circumstantiis.

§. VI. Nunc videamus de vulneribus articularum. In genere longe periculosiora sunt hæc vulnera, quam quidem vulnera aliarum partium, partim ob ligamentorum ac tendinum læsionem, partim quoque, quia hæc vulnera spasmodicis illis & convulsivis commotionibus magis sunt obnoxia, quam quidem vulnera aliis partibus inflicta; illæ quoque articularum læsiones hoc habent, quod longe difficilior curentur & non raro fistulas, Anchylosin & cariem relinquant. Mirum itaque non est, quod plerique illis in vulneribus statim ad amputationem confugiendum esse existiment (a). Maxime autem interest, quinam articuli & quænam partes in articulo sauciatae sint.

Si humeri caput perfractum est, membrum inciso articuli ligamento demendum esse existimant plerique. Multæ autem dantur observationes, quæ demonstrant, quod in tali superioris articuli vulnere membrum adhuc servari possit, & hinc nisi aliæ rationes simul adsint, quæ amputationem desiderare videntur,

(a) Vid. Cel. PLATNER Instit. Chirurgic. §. 485. Dexterr. VAN DER HAAR Verhandeling der geschoote Wonden §. XX.

tur, propter caput humeri collisum non statim ad hanc operationem est properandum (a). Si vero Apophyses sunt perfractæ ac dilacerata ligamenta, valde difficile est de amputatione concludere: Si statim post acceptum impetum tumores & abscessus juxta partem adfectam moveantur, bene adhuc de membro potest ominari; & hinc si hæc adpareant symptomata, non protinus ad amputationem est deveniendum; si vero hæc sese non manifestant, sed contra gangræna cum emphysemate protinus erumpat & phlyctenæ in superficie membri dispergantur, fatius videtur amputationem protinus instituire, ne hecticæ febres vel alia pessima symptomata ægrum interimant. Videndum quoque est in tali humeri vulnere, utrum princeps membri arteria sit sauciata, num secus; si enim sauciata sit arteria, si nequeat illa obturari vel intercipi, oportet protinus institutere amputationem.

§. VII. Dum medius brachii articulus perfractus est, majus periculum, quam in humero subesse solet, tum propter aponeuroses, quæ copiosissime cubito circumfunduntur, tum propter tendinum, Apophysiumque asperiorum multitudinem. Neque tamen protinus debet membrum præscindi, ut plurimi videntur existimare, sed nisi graviores aliæ rationes hanc operationem protinus exigant, mitior semper tantanda est Chirurgia. Innumera

(a) Vid. BOUCHER memoire de l'Academie &c. T. II. P. II. p. 302. BAVATON in Observ. 58. & 69.

meræ enim exstant observationes, quæ testantur horum articulorum vulnera, æque felicem exitum, ac illa aliarum partium habuisse (a). Ipse PAREUS (b) amputationis stator ac videx memorabile refert exemplum de graviore ad sinistri cubiti articulum vulnere feliciter perfanato.

Et hinc iterum Cl. FAURE in hoc vulnerum genere nimis ad amputationem properare videtur.

§. VIII. Quæ medio cruris articulo contingunt læsiones facilius in genere, quam illæ in brachio sanantur: Hoc jam intellexit HIPPOCRATES (c) fracturas in medio cruris articulo illis, quæ cubito contingunt tolerabiliores esse pronuncians. Et hinc quoque de istius articuli læsionibus non statim est desperandum, & ad amputationem deveniendum; sed nisi pessimâ symptomata eas concomitentur, aut aliæ graviores rationes hanc operationem statim exigant, lenior semper tentanda est Chirurgia; multa enim prostant exempla & observata (d) illius articuli læsionum feliciter curatarum.

§. IX.

(a) Vide LE CAT Exercitat. in Prix de l'Acad. de Chir. T. I. P. I. p. 374. Cl. BAGIEU in libro citato T. II. p. 419. & 443. Cl. BORDENAVE in memoire de l'Academ. de Chir. T. II. P. III. p. 240. & seqq.

(b) De vulner. Sclopetorum. C. XII.

(c) Vid. Section. VI. De fractis in Opp. T. II. p. 45. Edit. Foesii.

(d) Vid. Cl. BILGUERI Dissertationem in adpendice Observationum.

§. IX. Quod ad vulnera, fracturas & luxationes tarsi adtinet, propter fragmentorum asperitatem in ista ligamentorum tendinum & vaginalium multitudine, periculofissima fere omnium habentur, & hinc sæpius quoque, quam vulnera aliarum partium amputationem desiderant; tanta enim & tam gravia symptomata sæpe hæc vulnera concomitantur, ut in extremum vitæ periculum conjiciantur ægrotantes: Multum autem differt, quomodo hæc fracturæ se habeant, & quænam ossicula tarsum componentia, & quomodo illa ex sedibus suis expulsa sint. Hæcce autem Dissertatio, si omnes fracturarum & luxationum species percurrere vellem, nimis excurreret, & hinc hisce supersedebimus: Legi autem hac de re omnino meretur egregius sane & eruditissimus libellus, belgico Idiomate conscriptus & editus a societate nonnullorum Chirurgorum in ipsa hac civitate praxin Chirurgicam exercentium (a). Et hinc in genere tantum notamus, quod si his vulneribus mala superveniant symptomata, veluti si inflammatio, convulsiones sequantur, vel phlyctenæ aut emphysemata adpareant; aut si caries vel gangræna accedat (hoc enim in casu febre exacerbatur gangræna, febris autem acuitur dolorum stimulis, qui ob tendinum læsiones in hoc casu summi esse solent) sæpe fatius esse pedem extremum protinus rescindere, quam tam diu morari, donec

ager

(a) Ontleed . en Heelkundige Verhandeling over den Ontwrigten Voer &c.

æger viribus fractus hanc operationem sustinere nequeat, aut pessimis accedentibus symptomatibus succumbat.

§. X. Si vero hæc memorata vel & alia pejora symptomata non superveniant, mitior est tentanda Chirurgia, plurimæ enim existant observationes, quæ testantur sæpissime hæc tarfi vulnera curationem admittere: Sic multas ejus generis læsiones sanatas vidit Cl. BAGIEU (a) videruntque alii exercitatissimi viri, quemadmodum Cl. BOUCHERUS (b) RAVATON (c) & Cl. quoque BILGUERUS (d) aliique (e).

Contingit vero nonnumquam, ut ossicula illa, quæ tarsum componunt tam graviter luxentur, ut in sedem suam reponi nequeant; tali in casu licet curetur vulnus, magna cum molestia incedet æger, & hinc quoque satius videtur pedem extremum refecare, quam servare, ut faciliorem ægrotanti procuremus incessum, qui cum distorto pede multo molestior ac dolorosior est, quam cum arte facta (f).

De carpi vulneribus non est adeo, quod seorsim disputemus.

§ X.

(a) Vid. Examen des plusieurs &c. T. I. p. 172.

(b) In Memoire de l'Academie T. II. P. II. p. 307.

(c) Chirurg. d'Armee Observ. 102. 107. & seqq.

(d) In Dissert. citat. in appendice Observationum.

(e) Vid. Ontleed - en Heelkundige Verhandeling over den Ontwrigten Voet p. 65.

(f) Hujus rei exempla videri possunt in libro mox citato Ontleed - en Heelkundige Verhandeling &c. p. 83. & 118.

§. XI. Visis nunc illis casibus, qui citra amputationem sæpissime curari possunt, dicendum nunc est de illis, qui illam omnino desiderare videntur. Inter illos certe recenferi debet totius partis dilaceratio ac demolitio. Si enim externa læsio tam vehemens fuerit, ut muscoli penitus dilacerati, vasa per dilaniatos musculos decurrentia vel disrupta vel compressa fuerint; si partes ossæ prorsus commolitæ & in plurima ac minima fragmenta comminutæ & contritæ quasi fuerint; tunc sæpe melius est, si constitutio ægotantis illud permittat, amputationem protinus instituere quam illam differre ac diutius protrahere, ne in posterum cogamur illam instituere in ægotante jam doloribus confecto vel febribus exhausto. Tali enim in casu stagnantes humores a circuitu privati corrumpuntur, acres ac putridi evadunt, & sic per venas suscepto malo ac putrido fomite, reliqui adhuc circulantes & sani humores inficiuntur, pessimam quoque corruptelam induunt, unde pessima quoque & lethalia symptomata provenire possunt. Sæpius quoque contingit, ut peregrina quædam corpora, ut vestium lacinia v. g. simul dilaniatis musculis intrudantur, quæ in minima frustula divisa ingentem vulnerato dolorem infligere possunt, ac stimulo suo gravissimam excitare inflammationem ac febres producere valent, quæ omnia amputationem omnino necessariam reddunt.

§. XII. Scio quidem tales adferri observationes, ex quibus constat, membra tali modo sauciata & commolita adhuc servata esse; nec diffiteri volo illas revera existere, sed quid ex illis probari potest? An quod in omnibus illis casibus minus necessaria

ria sit hæc operatio? profecto non; nimis enim generalis esset hæc conclusio. Tales enim casus perquam rari sunt, & revera dicendum naturam in illis miracula præstitisse. Hinc si decem darentur ægrotantes, qui tali modo fauciati erant, ac vellemus in omnibus leniorem illam Chirurgiam experiri & negligere amputationem, unus fortasse tantum servaretur, cum novem alii fato suo cederent; cum contra si rite ac debita cum cura instituta fuisset amputatio, plures in vita servari potuissent.

Non enim quæritur, quod nonnumquam rarissimo casu fecerit natura, sed quod fere semper ac lege constanti facere soleat. Et hinc si recte ratiocinari & æquum iudicium ferre volumus non tantum illas debemus adferre observationes, quæ felicissime successerint; dum illas silentio suppressimus, quæ funestum eventum habuerint; verum etiam tum oportet indicare tam illos, qui feliciter quam illos, qui infeliciter cesserint, quod si tunc felices curationes comparamus cum infelicibus, comperiemus longe majorem esse numerum eorum, qui fato succubuerunt, quam qui sanati fuerunt: Ingens enim est numerus vulneratorum tali modo extinctorum, partim quod medendi ratio non sufficiat ad omnes omnino casus sanandos, partim quod illi medendi rationi nimis confiderent Chirurgi in casibus, in quibus amputationem tamquam unicum auxilium adhibere debuissent.

§. XIII. Si penitus destructus est articulus, & hinc dissectæ Apophyses ac prorsus diffracta ligamenta, malaque se his vulneri-

neribus adjungunt symptomata, (de quibus jam supra ad §. VI. diximus) vel si ob dolores vehementissimos & continuos adfectæ parti accedat convulsio, quæ resectis partibus tendinosis non cessat, facius est amputationem statim instituere, quam diuturna mora, dum convulsiones particulares brevi sæpe in universales abeant, certam mortem ejusmodi vulneratis accersere; & hinc plurimum interest illis in casibus ipsius necessitatem statim recte æstimare; si enim post diu protractam, licet perversam curandi methodum, tandem instituitur amputatio lethalis illa plerumque esse solet.

Licet nunc iterum prostant exempla hominum, quibus penitus destructus fuerit articulus, & qui tamen citra amputationem sanati fuerint, hæc tamen rursus nihil evincunt ad illam operationem in omnibus illis casibus abrogandam. Si enim hæc comparantur exempla cum illis, in quibus mortui fuerint vulnerati, fere nulla sunt; & deinde si examinemus, quomodo illi vulnerati sæpius sanati fuerint, adhuc multo minus probant; illi enim, qui post sauciatos ac destructos articulos sanati fuerunt, semper fere post vehementissimos dolores & duiturnos cruciatus membrum conservarunt, quod deforme inflexile & hinc impedimento & molestiæ illis magis, quam commodo & utilitati postea fuit. Addamus tandem & illud, sæpius contingere, quia hæc vulnera fistulas, cariem & alia mala sæpe relinquunt, ut et post annos necessarium sit amputationem instituere (a).

§. XIV.

(a) Vid. HEYSTER med. and. Chir. Wahrn. p. 58. & 61. & VAN GESSCHER Verhandeling over de bestaanbaarhejd en noodzaakelykhejd der Afzetting &c. p. 79.

§. XIV. Si grandioris tormenti globus, vel alia violenta causa membrum aliquod a corpore vel prorsus separavit, vel adeo saltem læsit, ut pars illa cum reliquo corpore adhuc quidem, verum interposita tantum exigua carnis cutisque portione cohæreat, quoque sæpe necesse est amputationem instituere. Ingens enim illa vis, qua globus tale membrum commovet, totum illud, quod reliquum est, ita contundit & concutit, ut ab omni vita privetur & stagnatione humorum effusorum summum gangrænæ periculum immineat. Illis quoque in casibus tale irregulare, contusum, ac lacerum vulnus plerumque copiosum pus fundit, ac fistulosis sinibus ansam præbet; præterquam quod & copiosa suppuratione vires prosternantur, sicque vulnerati in vitæ periculum conjiciantur. Supervenit præterea quoque plerumque ossis caries, eo quod illud simul sæpe collisum, ipsiusque medulla fuerit concussa. Et licet his periculis emergant vulnerati, plerumque tamen difforme & inæquale membrum ipsis manet, cui vix arte facta machina potest adaptari, quin summam sæpe adferat molestiam vel nullius usus sit. Illis itaque, quibus tempestive membrum præscinditur, infligitur vulnus simplex magis & æquale, quod minorem ipsis dolorem adfert, quod citius quoque quin & certius curatur; præterea quoque commodius adplicari potest membrum arte factum, quo absque impedimento & molestia ægrotantes uti possunt.

§. XV. Non autem in omnibus illis casibus membri amputatio debet institui, ut scripserint nonnulli, sed in illis tantum, in quibus prædicta mala aut pejora alia locum habent. Si enim

E

globi

globi efficacia reliquum membrum non graviter adfecerit, nec ad articulum sese extenderit; sed si æquale magis ac simplex vulnus fuerit, si nec notabiles partium ossæarum collisiones locum habuerint, si nec partes jam corruptæ fuerint, vel stasis humorum nimia in loco vulneris observetur, non necesse est amputationem instituere. Nec illud in omnibus procedit casibus, quod commodius artificiale membrum possit adplicari, si reliquum amputetur, quam si relinquatur. Sic Cl. MARTINIÈRE (a) casum proponit, in quo ob difficilem artificialis membri adplicationem membrum præscindendum esse putat. Si pes, ait, per globum e tormento bellico expulsus duos supra malleolos pollices aufertur, tunc ossæarum partium collisiones curationem valde diuturnam reddent; & licet curetur vulnus, longus ille truncus magis ægrotantem disturbabit, quam si totum illud membrum præscissum fuisset. Ob incommodam autem membri artificialis in hoc loco adplicationem membrum hic præscindi non debere, demonstravit Cl. O. HOLLORAN, & Cel. Ch. WHITE (b), qui egregiam & accommodatissimam excogitavit machinam, qua commode ægri incedere possunt.

(a) Vid. Memoire de l'Academie de Chirurgie T. IV. p. 3.

(b) Vid. Ch. WHITE Cases and Surgery p. 1.



CAPUT TERTIUM.

§. I.

Sugillatio, quam Ecchymosin Græci adpellant, refertur quoque ad eos casus, ubi amputationem instituendam volunt Chirurghi. Non tamen omnis sugillatio ejus est indolis, ut membri amputationem exigat, sed ea potissimum, ubi magna humoris copia sub contuso loco effusa est; qualis cernitur, si grandioris tormenti globus ingentem humoris effusionem sub cutem, non laceratam quidem, verum tamen crustæ gangrænosæ haud ab similem fecit, atque ossa simul ex sedibus suis expulit, aut fortiter collisit fregitque.

Casus ille, etiamsi cutis lacerata non est, valde tamen similis est illi, ubi cutis simul disrupta ac lacerata est; & hinc casus ille a priore non multum differt; itaque quia de membris dilaniatis ac diffractis fere satis egimus nunc in examinando hoc casu breves esse possumus.

§. II. Membrorum sugillatione adfectorum amputationem prorsus iterum improbat Cl. BILGUERUS (a), tum quia membra misera sugillata, & hinc amputationi proxima felicissime sæpe Naturæ beneficio & Artis auxilio ferventur, tum quia sibi persuasum habeat illos, qui post vehementiorem sugillationem extinguuntur, per hanc operationem quoque a morte liberari non potuisse. Ad hanc vero Viri Cl. opinionem pauca notamus. Multos quidem sugillatos etiam & illos, quibus ossa graviter diffracta & collisa sunt, sæpissime citra amputationem sanari posse, concedimus; neminem autem illorum, qui post vehementiorem sugillationem extinguuntur, per hanc operationem servari potuisse, negamus: Verum quidem est inter mortis causas referri utique debere ingentem illam commotionem, qua homo simul per universum corpus, internasque præcipue partes vehementissime comprimitur, concutiturque; & in hoc certe casu amputatio mortem potius maturaret, quam averteret. Sed an omnes ideo intereunt, quibus post vehementem sugillationem mors supervenit? Profecto non; contingit enim nonnumquam ut membra misere sugillata, nulla vel parva saltem excipiat commotio; & hinc inter mortis causas referri quoque omnino debet stagnantis & acrioris redditi humoris resorptio, unde certe lethalia symptomata provenire possunt. Si itaque tali in casu præscinderetur membrum, antequam stagnantis illius ac putridæ materiæ fieret absorptio, funesta illa sympto-

mata.

(a) In Dissertatione citat. ad §, XXXII.

mata præveniri ac averti potuissent. Sic quoque si vehementer in fugillatione adfectus fuerit articulus, contingere sæpius potest, ut vel sinus fistulosi, vel gravior ossium caries vel alia mala, quæ graviores articulorum læsiones relinquunt, lentam ægrotantibus mortem inducant; si nunc in tempore instituta fuisset hæc operatio, omnia illa mala averti ac præcaveri potuissent.



transmittere a capite sic dicitur. In illis quibusdam casibus

XX

illis vel hinc vel illuc. In illis quibusdam casibus

illis vel hinc vel illuc. In illis quibusdam casibus

illis vel hinc vel illuc. In illis quibusdam casibus

illis vel hinc vel illuc. In illis quibusdam casibus

illis vel hinc vel illuc. In illis quibusdam casibus

illis vel hinc vel illuc. In illis quibusdam casibus

illis vel hinc vel illuc. In illis quibusdam casibus

illis vel hinc vel illuc. In illis quibusdam casibus

illis vel hinc vel illuc. In illis quibusdam casibus

illis vel hinc vel illuc. In illis quibusdam casibus

illis vel hinc vel illuc. In illis quibusdam casibus

illis vel hinc vel illuc. In illis quibusdam casibus

illis vel hinc vel illuc. In illis quibusdam casibus

illis vel hinc vel illuc. In illis quibusdam casibus

illis vel hinc vel illuc. In illis quibusdam casibus

illis vel hinc vel illuc. In illis quibusdam casibus

illis vel hinc vel illuc. In illis quibusdam casibus

illis vel hinc vel illuc. In illis quibusdam casibus

illis vel hinc vel illuc. In illis quibusdam casibus

illis vel hinc vel illuc. In illis quibusdam casibus

illis vel hinc vel illuc. In illis quibusdam casibus

illis vel hinc vel illuc. In illis quibusdam casibus

illis vel hinc vel illuc. In illis quibusdam casibus

illis vel hinc vel illuc. In illis quibusdam casibus

illis vel hinc vel illuc. In illis quibusdam casibus

illis vel hinc vel illuc. In illis quibusdam casibus

illis vel hinc vel illuc. In illis quibusdam casibus

illis vel hinc vel illuc. In illis quibusdam casibus

illis vel hinc vel illuc. In illis quibusdam casibus

illis vel hinc vel illuc. In illis quibusdam casibus

illis vel hinc vel illuc. In illis quibusdam casibus

illis vel hinc vel illuc. In illis quibusdam casibus

§. I.

Transimus nunc ad quartum casum, in quo iterum de hujus operationis necessitate disputatur, Arteriarum nempe læsiones. Hoc autem in casu omnes hodie conveniunt Chirurgi rarissime ad amputationem esse confugiendum, quia nemo fere est in tanta Chirurgiæ luce, qui diversas illas vias, quibus sanguis cum impetu profluens sisti potest & solet, cognititas perspectasque non habeat: Quare etiamsi arteriæ illæ, quæ inter ulnam & radium, inter tibiam & fibulam repunt, & Interossæ dicuntur; etiamsi arteria Cruralis aut Brachialis, in vicinitate articuli cubiti & genu prorepentes, aliæque vulneratæ Chirurgis plurimum negotii facescant, non propterea tamen protinus membra præscindere oportebit. Dexteritas enim Chirurgi vulnus ampliari, sic ad ipsa extrema præscissæ arteriæ pervenire, eademque aut medicamentis aut commoda compressione, aut ligaturæ illa specie, quæ ad præscissa vasa sanguifera liganda idonea est, obturare

rare & effluxum sanguinis cohibere poterit. Et sic ob solam sanguinis profusionem hæc artuum refecatio non ita est suscipienda. Sed quia arteriæ sanguinem vehunt dicatum nutritioni illius partis, ad quam tendunt, & hinc si vinculo intercipiuntur, vitale illud liquidum ad partem illam pervenire nequit, (quare pars illa, si penitus vitalis illius liquidi aditus præclusus sit, lenta putredine debet erori) contingere possit, ut ob sequelas interceptam arteriam excipientes ad illam devenire deberemus.

§. II. Rarissime autem hoc evenire, ut nempe post interceptam arteriam pars illa inferior, quæ sanguinem suum ab hac arteria accipere solebat, gangræna corripiatur, putat Cl. BILGUERUS (a) & nunquam illud contingere persuasum habet Cl. PEZOLD (b). Ratio est, quia per quam plurima constat experimenta, post aneurysmatis operationem, membro iterum calorem naturalem movendique potestatem rediisse; & revera in minoribus arteriis hoc contingere posse facile intelligitur, ut nempe per dilatatos & ampliatis ramos minores laterales sufficiens sanguinis copia inferiori parti suppeditetur, quæ calorem adhuc & vitam, movendique potestatem possit servare. Utrum autem hoc naturæ beneficium possit sperari, si majores vel

prin-

(a) In Differt. citat. §. XXXV.

(b) In Differtatione de membrorum amputatione.

principales devinciuntur arteriæ non tam facile nec ratiocinio nec experimentis probabitur.

§. III. Si enim Humeralis arteria in ipso ejus summo truncò fauciata devinciatur, majus profectò esset, quam quod sperari possit, Naturæ beneficium, si sanguinis aditus & motus in parte inferiore servaretur; si vero in summo humero in duos illa ramos dividatur, & unus tantum intercipiendus sit ramus, spes est fore, ut per dilatatum alterum ramum sufficiens adhuc sanguinis copia inferiori parti suppeditetur: Multum quidem speratur a ramulis illis e summo trunco a latere emergentibus; quia vero perquam exigui sunt ramuli, & ideo non multum ampliari possunt, eorumque origo valde incerta est, hinc quoque non multum illis potest confidi.

Verum enim vero, quia varie sæpe ludit Natura in hisce arteriarum ramificationibus, sibi que perpetuo non adeo est constans, ut certæ exinde regulæ possint determinari; hinc quoque observationes illæ, quas illi adducunt, parum profectò probant; id tantum dici potest, quævis remedia antea tentanda esse, quam ad operationem illam deveniamus; neque quoque nimis festinandum, cum serius aliquando rediisse calorem vitamque observatum fuerit.

§. IV. Et quod arteriam Cruralem spectat, licet passim reperiantur narrationes, quæ spem illam, ut nempe deligato trunco vicina vascula multum dilatarentur, confirmare posse videntur, merito tamen dubitatur, utrum non illæ potius ad
pro-

profundum femoris ramum, quam ad arteriam principalem pertineant (a).

Et licet nonnunquam contingat, ut illud de Crurali arteria observetur, tamen exinde adhuc non sequitur illud Naturæ beneficium semper in hoc casu posse sperari; illis enim in casibus præternaturale quid potest obtinere, ut nempe per vasorum anastomosin vel alium quemcunque modum sufficiens sanguinis copia ad inferiores partes nutriendas mittatur: In minoribus quidem arteriis Poplitea v. g. merito hoc naturæ beneficium potest sperari, illi enim magna cum Tibialibus intercedit necessitudo. Sed quemadmodum supra de Humerali diximus arteria, sic quoque in hisce casibus non protinus ad amputationem est deveniendum, sed tam diu expectandum, donec valde detumescantibus, frigidis, aridisque partibus inferioribus omnem vitalis hujus liquidi aditum præclusum esse percipiamus.

§. V. Licet autem illud de Crurali arteria contingeret, ut nempe post illam interceptam, nutrimenti defectu partes inferiores lenta putredine emorerentur, tamen ex eo hanc operationem non institui debere putant Cl. BILGUERUS (b) ac TISSOTUS (c), quia nemo hactenus fuerit ausus crus in loco vel medio vel superiori abscindere, cum omnes metuant, ne homo sub ipso opere moriatur.

Verum

(a) Vid. E. PLATNERI Supplem. V. p. 134.

(b) In Dissert. citat. §. XXXV.

(c) Ibidem.

Verumtamen in casu desperatissimo, veluti hic est, parum refert, utrum tutum ac lene auxilium sit, quod unicum est. Et hinc in omnibus illis casibus, ubi certa mors est metuenda, fatius videtur hanc operationem, quod egregiis argumentis probavit Cel. MOUBLETUS (a) sed præcipue Cl. GESSCHERUS (b) instituire, quam certæ & inevitabili morti ægrotantem tradere.

§. VI. Sed fortasse rogat, & merito rogat hic aliquis, quare, cum in omni fere gangræna hanc operationem rejecerimus, nunc in hoc gangrænæ casu ad illam concludamus? In genere autem respondemus, quod in omni gangræna, quæ ab externa causâ generatur, hanc operationem, si nempe per illam hujus mali progressus præcaveri possit, commendemus: Jam vero supra, cum de hujus operationis necessitate in gangræna disputabamus, probavimus non omnem gangrænam, quæ post externam læsionem superveniebat, in parte adfecta generari, multo minus externo contagio proserpere; sed plures earum æque ac illæ, quæ sponte citra ullam causam manifestam extrinsecus accedentem proveniunt, ab interna quoque causâ moveri & gubernari, & hinc quoque per hanc operationem ulteriorem gangrænæ progressum non posse præcaveri; in hoc autem

(a) Vid. Journal de Medicin. Chir. Pharm. &c. d'Année 1759. T. XI.

(b) Vid. præfationem, quam Belgicæ MOUBLETI Dissertationis versioni adjecit.

tem casu, de quo nunc agimus, manifesta in parte adfecta generatur gangræna, hæc enim æque illis, qui sanissimos, quam qui depravatos habent humores superveniet, & hinc ut gangrænae ulteriorem progressum præveniamus, si modo ægri vires tam efficacem Chirurgiam sustinere posse videantur, omnino hanc operationem instituendam esse putamus.



XX

CAPUT QUINTUM.

§. I.

Jam ordo Dissertationis nostræ exigit, ut ultimo tandem loco de ossibus carie exesis verba faciamus; ossium enim cariem inter causas, ob quas membrum aliquod amputari debeat, nonnumquam referri satis est notum. Ut autem in examinanda hujus operationis necessitate in hoc malo rite progrediamur, malum illud in quatuor species dividemus.

Prima est, quando ossis caries tantummodo superficialis sit, non late se extendens, aut profunde os penetrans.

Secunda est, quando caries profundius os penetraverit, nondum vero valde se extenderit.

Tertia est, quando caries profunde os penetraverit, & late se extenderit.

Quarta est, quando os carie penitus sit destructum & corruptum.

§. II.

§. II. Si caries tantummodo fuerit simplex, non late se extendens, de membri amputatione ne cogitandum quidem est; sed leniora medicamenta, quæ vel sine manuum opera vitiatissimis ossibus medentur, adhibenda sunt: Sic medicamenta ex Myrrh. Aloe, Succin. Euphorb. Aristoloch. Massich. &c. egregie in hunc finem convenire possent, ex quibus vel pulveres parari, & loco carioso inspergi; vel Tincturæ eorum plumaceolis vel linteo carpto ossis corrupti partibus adplicari possunt. Quomodo autem per hæc & alia remedia ad perfectam curam reduci possit illa caries, hujus Dissertationis scopus non est, ut fufius demonstremus.

§. III. Neque in secunda specie, si nempe caries paulo profundius os penetraverit, nondum vero valde sit extensa, quoniam leniori Medicina obtineri possit curatio, ad membri amputationem est deveniendum: Per prædicta enim in præcedenti §. II. remedia tentanda est curatio, quæ si per illa non succedat, aut nimis diu duret, ad paulo efficaciora quidem deveniri potest; & hinc postquam os bene denudatum fuerit, & a superincumbente fungosa carne liberum, quicquid cariosum est, mediante radula potest auferri, aut os cariosum multis in locis foraminibus mediante perforatorio, ad sanum usque potest perforari, ut sic cariosæ partes a sano osse separentur.

§. IV. In tertia specie, si caries profunde os penetraverit, & late se extenderit, multi sunt, qui membri amputationem instituendam esse putant: Quia vero per leniorem Chirurgiam

sæpissime succedat sanatio, & adhuc conservetur membrum, hinc quoque non statim ad hanc operationem est confugiendum: Si enim mediante trepano, os denudatum prout sese extenderit caries, binis tribus quatuorve in locis, imo pluribus perforetur, vel mediante cuneo & malleo, quicquid corruptum & cariosum est auferatur, aut mediante actuali caustico omne os corruptum ad sanum usque comburatur, sæpius contingit, ut sublato hoc malo membrum adhuc conservetur.

§. V. Sunt autem nonnulli, qui existimant, membrum licet tali ratione curetur, difforme & inflexile esse debere, & hinc impedimento & molestiæ magis ægrotantibus, quam comodo & utilitati. Illud autem non semper accidere numerosissimæ docent observationes, quæ testantur, aliquando locum perditæ partis osseæ, quamvis grandioris ita implevisse callum, ut pristina iterum membro firmitas & integritas restituta fuerit; & fidem fere excedere videntur, quæ a fide tamen dignissimis viris de hac re traduntur exempla; quæ perscrutanti plura de Tibiæ osse, quam de alio quocunque occurrerunt, sive quod frequentius læditur cæteris, sive quod in eo facilius succedit sanatio. Sic a Chirurgo LA MARCHE se accepisse scribit STALPART VAN DER WIEL (a) adolescenti cuidam ita Tibiæ os exedisse cariem, ut totum os corruptum auferre coactus fuerit ille Chirurgus, sed cujus in locum sensim effusus &

(a) Vid. Observ. Medic. T. I. Obs. XCVI.

induratus callus ita malum reparavit, ubi absque fulcro adolescens ille postea incedere potuerit. Sic quoque narrat SCHULTETUS (a) quod, postquam totum os Tibiæ non tantum sed & magnam quoque Fibulæ partem separaverat, callus sensim solidescens ita ossis exempti locum repleverit, ut homo tandem sine baculo ambulare posset. Plura ejus generis exempla retulerunt TH. BARTHOLINUS (b) M. HOFFMANNUS (c) SAVIARDUS (d) TRIOEN (e) aliique (f).

§. VI. Etiam in Femoris osse, etsi raro, interdum tamen felices ejusmodi curationes factas esse legimus: Sic C. BATTUS (g) auctor est, militi cuidam femoris os abscessu corruptum sublatum ita fuisse, ut ipse perfanatus postea incedere, saltare & munere militari defungi posset. Quodsi autem de toto femore res dubia videatur, atque illius viri fides suspecta; secus tamen erit in eo exemplo, quod ab H. VAN ROONHUYSEN (h) commemoratum legimus, quo præter plura minora fragmenta, etiam magnam ossis femoris partem, in virgine

octode-

-
- (a) Vid. Armament. Chirurgic. Obs. 81.
 (b) In actis Medicis & Philosoph. Hassniens, Vol. III. Obs. I.
 (c) In Mantiss. Observat. Selectior. Obs. 28.
 (d) Vid. Nouveau Recueil d'Observations Obs. CXXVI. & seqq.
 (e) In Observation. Medico-Chirurgic. p. 118.
 (f) In Tentam. Edinburgenf. T. I. p. 312. & T. V. p. 584.
 (g) Vid. VAN DER WIEL Observ. rarior. cent. I. p. 392.
 (h) Vid. ejus Observ. L. II. p. 91.

octodecim annorum separatam, nascenteque callo integre restitutam fuisse docemur, imprimis cum huic simillima exempla memoriæ prodiderunt Cl. DIEMERBROECK (a) M. HOFFMANNUS (b) & G. F. HILDANUS (c).

§. VII. Mirabilia quoque similibus sanationum exempla in Humeri osse aliquando animadversa fuerunt. Sic Cl. J. DEMURALTO (d) vidit in puella duodecim annorum a variolis contractum ossis Humeri vitium arte adhibita persanatum, postquam os longitudine sex digitorum, idemque digiti latitudine exemptum fuerat. Atque alibi legimus (e) a depositione serofi humoris in puella decenni brachium non modo cum dolore tumidum factum, exulceratumque fuisse; sed & postea insignem partem ex integro Humeri osse, cum medullari cavo separatam exemptamque fuisse, redeunte priori longitudine ipsius membri, ejusque robore motuque. Similes in Humeri osse curationum eventus observarunt quoque Cl. FAWLER (f) & Cel. DU HAMELIUS (g).

§. VIII.

(a) Vid. J. WOLFII Observation. Chirurgico - Medic. L. II. Obs. 18.

(b) Vid. Ephemerides Naturæ Curiosorum Dec. III. p. 310.

(c) In Observ. Chirurgic. cent. IV. Obs. 91. p. 370.

(d) Vid. Ephemerid. Natur. Curiosor. Dec. II. Obs. 129. p. 265.

(e) Vid. Breslauer Sammlung von Natur und Medicin &c. Mens. Jan. 1723.

(f) Vid. Philosophic. Transactions N. 312.

(g) In Memoire de l'Academie Roiale de Chirurgie Ann. 1743. p. 367.

§. VIII. In quarta specie, si os carie penitus sit destructum & corruptum, plurimi sunt, qui hanc operationem inevitabilem esse putant, & hinc quo citius, eo melius ad illam confugiendum esse judicant; sed neque & in hoc casu semper ad membri amputationem est statim deveniendum; si enim partes molliores sordido ossis ulcere nondum infectæ vel corruptæ sunt, aliquando leniori Chirurgia membrum sanari & adhuc servari potest; quod fiet, si carnosæ partes profunde incisæ, denudetur os, & deinde omne illud, quod cariosum est, ferra refecetur & a sano osse separetur; illudque fieri posse & membrum tali ratione servari, pulchre docet egregia, quam Cl. WHITE (a) habet, observatio.

Juveni nempe, scrophulorum malo laboranti, insanabili carie caput ossis Humeri exeditur, corruptis etiam in ea sede ligamentis. Fætida sanies, cujus pernicies jam ad medium usque Humerum serpserrat, copiosissima emanat de duobus foraminibus, per quæ exitum illa sibi procurasset; brachium vero ad manum usque erat tumidum; æger præterea immani dolore, sudoribus nocturnis, alvi fluxu colliquativo, & hæctica febre, ita jam erat confectus, ut exitio proximus haberetur; nihil itaque superesse videbatur, quam ægrum fato suo relinquere, aut humerum ex articulo excindere. Neutrum autem horum factum est & tamen servatus æger. Postquam enim Chirurgus partes carnosas a summo inde humero usque ad mediam ejus partem

(a) Vide Cases in Surgery p. 60.

partem profunde inciderat, vulnusque ampliaverat, caput ossis humeri ex articulo emovebat, adducebat, & tandem ferra resecabat. Æger se statim peracto opere allevatum sensit, & secundo quidem post hanc operationem mense, postquam adhuc notabilis nudati ossis in summa ejus sede portio secesserat, in articulo firmitas quædam & in brachio robur animadvertebatur: æger tandem ita convaluit, ut attollere, inflectere, & quaquaversum movere membrum posset.

§. IX. In aliis autem casibus, ubi hæc curandi methodus adhiberi nequit, vel ubi & partes molliores fætida sanie ex carioso osse stillante jam exulceratæ quoque vel destructæ sunt, nil aliud tentare possumus, quam partem illam, si nempe constitutio ægri illud permittat, & boni eventus aliqualis spes supersit, amputare; & certe in hoc casu quo citius illud fiat, eo melius: pessima enim sunt, quæ hoc malum concomitantur symptomata, & quæ, si diutius protrahatur lenior & perversa curandi methodus, & negligatur amputatio, ægros in extremum vitæ periculum conjicere possunt: Multis præterea exemplis & observationibus necessitatem hujus operationis in hoc casu probare possemus, tum eorum, qui ultimum hoc auxilium averfantes, gravi symptomatum pondere oppressi, succubuerunt (a); tum & eorum, qui, cum diu satis frustra adhibita fuerat, lenior cura

(a) Videatur VAN GESSCHER, over de noodzakelykheid en bestaansbaarheid der afzetting &c. p. 82.

randi methodus ultimo tandem hoc auxilio sublevati ac sanati fuerunt (a): Sed jam scopo nostro, quem nos proposuimus, satis superque satisfacisse putamus; probavimus enim multos existere casus, in quibus hæc operatio, licet a plurimis commendetur, tuto potest omitti & membrum adhuc servari; & probavimus etiam nonnullos, licet pauciores, existere casus, in quibus hæc operatio absque vitæ periculo negligi non potest; & hinc huic Disertationi finem imponimus.

T A N T U M.

(a) Vid. ACREL, Heelkundige Waarnemingen, vertaaldt door SANDER FORT p. 431.



T H E S E S.

- I. Non omnis gangræna, quæ externas læsiones sequitur, in parte adfecta generatur ac dein externo contagio proserpit.
- II. Sed ea sæpissime accidit propter humores corruptos ad locum adfectum adlicitos & collectos.
- III. Curatio itaque vel maxime ab interna Medicina petenda est. Antiseptica externa parum valent.
- IV. Scarificationes in gangræna perperam a nonnullis vituperantur.
- V. Cortex Peruvianus immerito a plurimis pro specifico antigangræ noso habetur.
- VI. Neque Nitrum, Neque Sal Marinus, licet egregia sint antiseptica in febribus putridis convenire videntur.
- VII. Quicumque in febribus putridis Cortice Peruviano & Acidis Mineralibus carere malle, quam vesicatoriis ex Cantharidibus paratis asseverant, illud citra rationem & experientiam facere videntur.
- VIII. Colorem sanguinis rubicundum a principio Martiali deducendum esse, vix crediderim.
- IX. Utrum fibræ musculares solidæ, utrum tubulosæ existant, exacte definiri non potest.
- X. Incertum quoque est, utrum fibræ musculares vera continuatione in tendineas abeant, utrum vero tantum binæ illæ fibræ per interpositum gluten aut cellulosam inter se cohæreant.
- XI. Corpus reticulare Malpighii præcipua Coloris sedes est.
- XII. Neque ex majore, neque ex minore pupillæ dilatatione certi quid de vermium in intestinis nidulantium vel absentia vel presentia concludi potest.
- XIII. Materiem acrem ex ulcere quodam critice stillantem per adstringentia v. g. Extract. Saturni Goulard, repellere ignorantia vel nefas est.

AAN DEN WEL EDELEN HEER

NICOLAAS VAN LOOKEREN,

MYNEN HOOGGEACHTEN VRIEND

*Toen zyn Wel Edele tot den rang van Geneesheer
bevorderd werdt.*

Gelyk een arend, met zyn klepperende pennen,
Het aardryk uit het oog, door lucht en wolken klieft,
Zo zie ik mynen Vriend op 't spoor der braven rennen,
Daar Chiron Hem als 't puik van zyne zoonen liefst.
Deez' rukt, (zo roept de Faam,) met roem naar 't hoog Permesfen,
En kan de Kranken aan den klaauw der vale Nyd,
Die om het Ziekbed woelt, met dorre lykcyprisen,
Ontweldigen, en geeft hen weeder aan den Tyd.
Zo doet Uw vlyt, ô Vriend! U 't eelst genoeg smaken,
Volhard, leef voor de Konst, maar voor de Vriendschap meest;
Een vliëgend roemgedruisch kan U onsterfelyk maken,
Maar Vriendschap streelt het hart, verrukt, volmaakt den Geest.

A. VAN SOLINGEN.
Med. Stud.

AAN DEN WEL EDELEN HEER
NICOLAAS VAN LOOKEREN,

Ter gelegenheid van zyn Wel Ed. bevordering
tot Doctor der Geneeskunde.



Majores majora canant, mihi sufficit illud.

Lofwaerde deelgenoot van Chirons wetenschappen,
Onwankelbaer in 't roemverwekkent deugden spoor,
Die door uw naerftigheid beklimt der wysheids trappen,
En praeld als Priester in Minerva's Tempelchoor!

Zoo ooit de wensch het wit van s'wenschers hart mogt raaken,
Nooit zag men uws gelyk, ô praelkroon van de jeugd!
Men zag u haest ten best van veele Zieken waaken,
Beloond met eer en staet, voor schranderheid en deugt:

Dan zag men uw praectyk vol luister Zegenpraelen,
Uw roem verstrekte een spoor voor ons in 't Stigts Atheen;
Nooit zou uw heldre zon, als laat in d'avond daelen,
De faam verspreidd' uw lof zelfs door de Starren heen:

'K zag haest uw Doctors kruin voor Hymens thron zig buigen,
Uw deel was zulk een Maegd, die Venus schoonheid tart,
Haer wysheid zou Minerv' bevallig overtuigen,
En Junoo's Heerlykheid wierd door haer praal gefart.

Is 't mooglyk tot uw vreugd nog meer te kunnen voegen,
Zulks wenscht myn innig hart, dat u de Hemel schenk',
Hy geeve u tydelyk en eeuwig vergenoegen,
Denk altoos aen uw Vriend, gelyk ik aen u denk.

J. VAN LIDT DE JEUDE,
J. U. Stud.

O P

OP DE BEVORDERING
van mynen zeer waarden vriend,
DEN WEL EDELEN HEER
NICOLAAS VAN LOOKEREN,
Tot Doctor in de Medicynen.

Zich wel te kwyten in het rustloos letterploegen: —
Met onvermoeibre vlyt naar Deugd en Eer te zwoegen: —
Nooit kwistig met den Tyd; maar zelfs in duisternis,
Niet minder ledig, dan wanneer men ledig is,
Te streeven naar de Kunst: — In 't bloozend uchtend-krieken,
Te nyv'ren als de Bey: — op klep'rende Arends-wieken,
Te klieven door het zwerk van moeite en bezigheen: —
Dan weêr in 't worstelperk met snelle Haaze-schreên,
Als Chiron, Podalier, Galeen, in vroeger'dagen,
Manmoedig de Eerekroon met zege weggedraagen,
Was 't doelwit van myn' Vriend, die in zyn Lentetyd,
Ons Zomer-vruchten biedt: — de rustelooze Nyd
Moog uit dit dierbaar ooft, vry gif, voor honich puuren!
De wangunst tier'! zyn roem zal 't knablend leed verduuren! —
't Gemyterd Utrecht roemt op zulk een' Voedsterling,
Die met den Lauwer prykt; dien de achtbre en breede kring
Van Aristarchen, die als trouwe Soudenieren
Van Wysheid, Deugd, en Kunst, dit Stichts-Atheen vercierren,
Met recht een Paeön noemt: — Gelukkig, die, in nood,
Eer zich aan bank of klip de kiel te barste stoot,

In ziekte, smart of pyn, ja zelfs in doodsgevaaren,
Spyt hartstocht-storm-geloey! Zyn levens hulk kan spaaren,
En leven, daar hy sterft! — hier waakt een Arts aan 't roer,
Die om uw heil, ô Mensch! Zyn hulp, zyn liefde zwoer
Aan 't mindren van uw leed: — Wilt gy in veege tyen,
U baaden in een zee, vol heilzaame Artsenyën,
Betrouw uw kiel by tyds, der zorge en wis bestuur,
Van zulk een' Menschen-vriend, van zulk een' Palinuur! —
Roem op uw voorrecht, Thiel! gaër groenende Eer-laurieren,
En kransfen van Viool, om mynen Held te cieren!
Treed met het beste puik van uwen Maagden-stoet,
Myn' Vriend, met luit en snaar, en palmen te gemoet!
Wil vroolyk by den toon van Utrechts Letter-schaaren,
Den jongen Arts ter Eer, uw vreugde-galmen paaren!
Spring op, ô Land-stroom! voer het dartlend vliet-gezin
Van Waal- en Rhyn-Najaën, uw Lis-ryk Hofzaal in!
Wil door het zacht gestreel van uwe lieve toonen,
Den trippelenden rei tot aan uwe oevens troonen!
Zingt, hoe de Dood haar schicht nu traaglyk rugwaards schiet,
De Pest uw Stad ontvlucht, de Ziekte uw drempels vliedt! —
Zoo moet de Lof myns Vriends ten top, by 't daglicht ryzen
En elk, die wysheid zoekt, het spoor tot glorie wyzen!
Schoon Hy, op Pallas raad, zyn somber boek-trezoor
In Duifternis bezocht, om, wars van glimp en gloor,
In stilte en Eenzaamheid, zyn kunstwebbe aftespinnen:
Zoo moet zyn wysbeleid elks roem, elks achting winnen!
Jaa, by den Naneef zelf heeft Hy zyn Lof verdient!
Wie wenscht my geen geluk met zulk een' wyzen vriend!

P. P. J. ONDAATJE,
Phil. & Med. Stud.

OP DE BEVORDERING
VAN DEN
WEL EDELEN HEERE
NICOLAAS VAN LOOKEREN;

Tot Leeraar der Geneeskunde.



Quis neget carmen amico,

Edle Vriendſchap! Hartbekoorſter!

zet myn zwakke poëzy

Vuur en leven, kracht en vinding,
nieuwen glans en luifter by,

Gy, ô Heil der Stervelingen!

neêrgedaait uit 't ſtarrenhof,

Doet uw volgren door uw' invloed
daaglyks weiden in uw Lof,

H

Gy

Gy schenkt duizenden geneugtens
aan 't U tederminnend hart,
Gy verligt de zwaarste zorgen,
gy geneest de wreedste smart,
Vriendschap! nooit naar eisch te roemen,
wien ik altyd hulde bood,
Help my thans ter eere zingen
van myn wakkre Tydgenoot,
Hy word in den rei der Artzen
heden plechtig ingewyd
Hy plukt nu de rype vruchten
van zyn welbesteden tyd,
't Stichts- Atheen mag op Hem roemen
als een braaven Voedsterzoon,
Zyn doorkneed verstand en kunde
spreiden zich alom ten toon,
Dat men Hem den Lof toezwaaië,
dien Hy billyk heeft verdiend,
Dat men vry met Lauwren siere
't schrande hoofd van mynen Vriend,
Vriendschap vormt dees' gulle wenschen
in het binnenst' van myn hart,
Vriendschap, ongeveinsde Vriendschap,
die de Nyd en Dood zelfs tart:

Braave

Braave Vriendt driewerf gelukkig
treedt Gy thans uit 't Letterperk,
Vol van vuur hebt Gy verdedigd
onze Kunst, en 't groote werk
Om de Leden afzetten
door het fchergewette staal,
Als de bange nood het vorderdt
tot verligting van de kwaal;
Bloeyt alreeds dus uwe Lente,
dat uw Vriendental verblyd,
Billyk wacht men de eêlste vruchten
van uw schoone Zomertyd;
Gaa nu naar de Thielsche vesten,
wil den Kranken hulpe biên;
Doe door keur van Artzenyen
ras de maagre ziekte vliên;
Lang wille u de Godheid spaaren,
en doen staan gelyk een rots,
Onbevreesst voor onweêrsbuyen,
en 't onstuimig zeegeklots;
Kiest Gy eens voor 't eenzaam Leven
U een Maagd ten Echtvriendin,
Dat uw beider hart dan blaake
door eene ongeveinsde min;

Dat

Dat steeds voorspoed U bejegen',
en ontfang na 't aardfch genot
In het Ryk der Eeuwigheden
by de Godheid 't heilrykst Lot.

Post Busta Medicina Superstes.